GREGORIUS MAGNUS
Zwettl, 4. Viertel 12. Jh.
Seite 69r
Quelle: http://manuscripta.at/?ID=31633
Copyright: Zwettl, Zisterzienserstift

alius bonorum opum exempla monstrare. Sed cum beatum Iob tanta patientia castitate nouerim. cur ei post tot flagella dicit. accinge sicut uir lumbos tuos. id est sicut fortis restringe luxuriam. nisi quia alia est carnis luxuria qua castitate corrumpimus. alia uero luxuria cordis est qua de castitate glamur. Dicit ergo ei. Accinge sicut uir lumbos tuos. ut qui prius luxuriam corruptionis uiuerat. nunc luxuriam restringat elationis. ne de patientia uel de castitate superbiens tanto peius intus ante oculos dei luxuriosus existeret. quanto magis ante oculos hominum a patiens a castus apparerent. Unde bene per moysen dicit. Circumcidite preputia cordis uestra. id est per quam luxuriam a carne extinguitis. etiam superflua a cogitatione resecate. S E T R. Interrogabo te et responde mihi. Tribus modis nos conditor noster interrogare esseuit. cum aut flagelli districtione nos percutit. et quanta nobis insit uel deest patientia ostendit. aut quedam que nolumus precipit. et mam nobis obedientiam uel inobedientiam patefacit. aut aliqua nobis occulta aperit. et aliqua nobis abscondit. et mensuram infirmitatis nobis humilitatis innotescit. Flagello namque interrogat. cum mente bene sibi per tranquillitatem subditam afflictionibus pulsat. sicut de iob et laudat attestatione iudicis. et tamen ictibus eiusdem percussoris. ut eius patientia tanto uerius clarescerent. quanto inquisita diuinitus fuisset. Preceptis autem dura nos interrogat. sicut abraham terram suam iubet egredi. et pergere quam nesciebat. in montem unicum filium ducere. et quem ad consolationem senectus accepit immolare. Cum murmurum ad interrogationem bene respondentem. id est ad iussionem obedientiam dicit. nunc cognoui quia times dominum. uel sicut scriptum est temptat uos dominus deus uester. ut sciat si diligitis eum. Temptare quippe dei est magnus

nos iussionibus interrogare. scire quoque eius est nostram obedientiam nosse nos facere. Aperiendo uero nobis quedam atque claudendo nos interrogat. sicut per psalmistam dicit. Palpebre eius interrogant filios hominum. Palpebris quippe apertis cernimus. et clausis nil uidemus. Quid ergo per palpebras dei nisi eius iudicia accipimus. que uerta aliquod claudunt hominibus. et uerta aliquod reserant. ut homines qui se nesciunt sibimet ipsis innotescant. quatenus dum quedam intelligendo eprehendunt. quedam uero cognoscere omnino non possunt. eorum corda sese latentem inquirant. si illorum diuina iudicia uel clausa non stimulant uel aperta non inflant. Hac enim paulus interrogatione plurimus est. qui post acceptam uirtutem sapientiam. post aperta claustra paradysi. post ascensum celi tertii. post superne locutionis mysteria adhuc dicit. Ego me non arbitror eprehendisse. Et rursum. Ego sum minimus apostolorum. qui non sum dignus uocari apls. Et rursum. Non quia sufficientes sumus cogitare aliquod a nobis quasi ex nobis. si sufficientia mea ex deo est. Aperiens ergo palpebris dei interrogatus paulus recte respondit. qui et superna secreta attigit. et tamen in humilitate cordis sublimiter stetit. Quirum cum secreta dei iudicia de repulsione iudeorum et gentium uocatione discutiret. atque ad ea peruenire non posset. quasi clausis palpebris dei interrogatus est. Sed rectum ualde responsum reddidit. qui deo se in ipsa sua ignorantia secum inclinauit dicens. O altitudo diuitiarum sapientie et scientie dei. quam inprehensibilia sunt iudicia eius. et inuestigabiles uie eius. Quis enim cognouit sensum domini. aut quis consiliarius eius fuit. Ecce enim absconsis mysteriis quasi clausis palpebris inquisitus placenta accepta respondit. qui secreti aditum pulsans. quia per cognitionem intromitti ad interiora non

69.